

A transcript service for my students of Introductory Latin:

Princeps Aegypti - Libera nos

Lutum
Sabulum
Aqua
Paleae
Citius
Lutum! fero
Sabulum! traho
Aquam haurio
Paleas
Citius
In malo flagellis nunc caedor
Fetet in fronte sudor
In excelsis domine
Te recordare pactum esse
Educe nos de ergastulo
Nos libera
Da tuo populo gratiam
Filiorum clamor ad te venit. domine?
Nos libera
Patriam es pollicitus
Libera nos in terram nostram

Fili vita carior
Omnis pellatur pavor
Fili, nihil dandum mihi manet
Praeter spem qua tu vives
Qua precamur domino
Qui veniat ut nos liberet
Nos libera
Servitute durissima
Nos libera
Oppressos spiritus angustia
Patriam es pollicitus
Manum extende nobis tuam
Qua nos liberes in terram nostram

Tace, mi fili tranquillus siste
Lapsus ut dormias unda
Dormiens accipe meum ultimum cantum
Ut te somniis maneam
Flumen, da, flumen mihi auxilium
Onus tam carum quod fers
Locum si noscis, illuc vertere
Salvus quo vivat liber

Frater, nunc tute, tutus maneas
Solo pro te nunc oro
Cresce, fratelle, ut revenias
Tandem qui salves et nos

Age, Rameses
Pharaoni ostendamus fraterculum Mosen
Libera nos

Mitte pastorem ad filios
Libera nos in terram nostram
Libera nos in terram nostram

Leo Rex

Simul nasceris almo cum sole
Et vita cognoscis quae sit
Saecula numine conservanda ordine
Recipies, licet ipse non vis.
Quo peractis extendens virtutem
Verum terminum reperias
Felices liberum dubitanti metu
Certus orbis qui cantus refert
Tibi lustrat iter
Melius in aevum
Ex angore ad spes
Fida pietate
Dum procedis sospes
Illo augusto cursu
Volvat saeculum
Cui finis non est
Ita lustras iter
Melius in aevum
Ex angore ad spes
Fida pietate
Dum procedis sospes
Illo augusto cursu
Volvat saeculum
Cui finis non est

Gelata

Hac nocte nix in monte splendet
Sine quidem vestigio
Et solitudinis regni
Me reginam invenio.
Hic ventus flemit ut interna tempestas.
Quamquam latuerim, vicit veritas.
Me hortantur illi tamen
Ut eandem quae sum occultem,
Sed repenter sapiunt omnes
Quid sit in me!
Libere, libere
Exsolvenda exsolvo.
Libere, libere
Nunc illis tergum verto.
Quid dicant
Mi nil est vere.

Pergat tempestas,
Nam numquam vexavit hoc frigus me.
Distantia hac tam parvae
Videntur res omnes.
Metus qui me constringebant
Non attingunt haud me.
Iam hora est explorandi
Et terminos sic temptandi.
Ab regulis me libero.
Surgo!
Libere, libere
Tunc ventus caelumque fio.
Libere, libere
Plorare desisto.
Firme sto,
Mansura hic.
Pergat tempestas!
In terram tandem potestatem diffundo.
Me' anim' ascendit ut spira in aer' ergo.
Capior repenter solo cogitato hoc:
Ad id praeteritum
Numquam haud reddibo.
Libere, libere
Hic surgam ut oriens sol.
Libere, libere
Perfectionem sperno.
Et sub diei
Luce sto firme.
Pergat tempestas!
Nam numquam vexavit hoc frigus me.